



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 98. Hugonottarum consilia post receptam urbem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

tum Præsidem ad Picardiæ, & Arthesiæ
 fines ablegasset, ad quem etiam locum
 Villa-Regius ab Henrico missus advenif-
 set, atque inter ambos decretum, ut
 primo quoque tempore utriusque partis
 Delegati Vervinum in Veromanduis
 Gallicæ ditionis oppidum venirent,
 ac ibidem de pacis conditionibus serio
 agerent. Interim Franciæ Rex quos-
 dam ad Elisabetham Angliæ Reginam
 ablegabat, qui eidem nuntiarent, quod
 præsens rerum suarum vicissitudo omni-
 no deposceret, ut pacem cum Hispaniæ
 Rege iniret, proin & ipsa ad conditum
 locum suos decerneret Oratores, quibus-
 cum de articulis utrinque stabiliendis
 conferri posset. Ceterum hoc pacis ne-
 gotium nonnisi anno sequenti penitus ab-
 solutum fuit.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1597.

§. XCVIII.

*Hugonottarum consilia post receptam
 urbem.*

Quamvis agitata pacis consilia, nec
 non recuperatæ Ambianensis urbis
 felicitas haud levi terrore Hugonottas
 afficerent, propterea tamen nequaquam
 magis dociles, minusque protervos sese
 exhibebant, quinimo cuncta eorum mo-
 limina aperte eo spectare videbantur, ut
 armis quantocyus sumptis Regem suum,
 ac legitimum Principem invaderent:

*Daniel hist.
 de France
 p. 205.
 Cayet. vol. 3.*

O 4 ali-

Sæcul. XVI. aliquamdiu tamen paratam eorum rabiem retardabant diffidia inter illos tum exorta; disceptabatur enim inter illos penes quos pecuniarum, quas in proximo belli usum ex regis aëriis auferre, ejusque subditis extorquere decreverant, administratio esset; quippe Bullionius, & Tremollius præcipua hujus factionis capita id juris sibi competere contendebant: econtrario autem Ministri pertinaciter petebant, ut proventus toti factioni communes nonnisi ab illis, qui a communi suffragio in conventibus ad id designabuntur, administrarentur. Hac altercatione interim fervente Hugonotæ, cum Regem de hostibus suis victorem passim ab omnibus Catholicis ingenti affectu coli cernerent, tandem rebus suis magis caute prospicere cœperant, præcipue cum ex illis nonnulli relicta ceterorum factione secundo blandientis fortunæ vento usi quam submissionem Regi testarentur, atque arcana molimina in ipsorum conventiculis procusa eisdem manifestarent: unde ipsemet Rex fabam, quæ in eum ab hisce rebellibus hæreticis cuderetur, plene edoctus, depulso jam omni metu liberius eisdem declarabat, quod eorum conventicula omnino solvi præciperet, ac proximo vere seditiosæ factionis reliquias in Britannia ferro, flammaque penitus excindere

dere vellet: cum autem hæc Provincia Pictaviensi admodum vicina esset, ideo Hugonottæ hujus tempestatis vim præcipue ipsorum capitibus imminere, haud temere veriti moderatius agere cœperant, spe freti, quod Rex ante discessum suum eorum postulatis plene satisfactorius esset; nec vana erat illorum fiducia; Rex enim subjugandæ Britannæ desiderio inflammatus, concordiam cum hisce seditiosis inire tam ardentè exoptabat, ut res brevi utrinque ad felicem exitum deduceretur, hinc præprimis induciæ cum Mercuriano Duce in eunte hoc anno Andegavi pactæ, variisque artibus hucusque elusæ rursus a Schombergio, & Rupifortio innovabantur, ac die decima septima Octobris ibidem promulgatæ, ad diem primam Januarii sequentis anni fuerunt prorogatæ.

Sæcul. XVI.
A.C. 1597.

§. XCIX.

Novum Parisiensis Senatus edictum contra Patres Societatis.

Cum Burdigalensis, ac Tolosanus Senatus Parisiense edictum die vigesima nona Decembris anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quarto contra Jesuitas editum non acceptassent, hi in publicis Gymnasiis juventutem literis imbuere pergebant; inde vero factum,

Thu. l. 118.

p. 808.

Hercul. Sel-

va Hist. de

Guipuscoa

tom. 2. l. 6.